

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9209

**Auteur(s) :** Henri II, Bayeux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1178-1202]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri évêque de Bayeux confirme les dons faits à l'abbaye de Savigny dans son diocèse.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 967, n° 108. Copie du XXe siècle

### Éditions principales

a. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 82.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Baiocensi, n° XLVI bis)

Date : 1178-1179 ou 1187-1202.

Texte d'après A

Henricus Dei gracia Baiocensis episcopus dilecto filio Guillelmo abbati Savigneii suisque successoribus et toti conventui in perpetuum. Cum ad nostrum spectet officium ecclesiasticas personnas per diocesim nostram protegere et eorum bona tueri eis precipue quos in Dei servicio videmus assidue mancipatos tanto diligentius tutele debemus et protectionis opere prebere quanto vigilantius eos laboribus et servicio divino noverimus insudare eapropter dilecti in Domino filii omnia beneficia vestra que vobis a fidelibus collata sunt in perpetuam elemosianm quiete et integre vobis habenda concedimus et firmamus in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono Guillelmi et Sancto Claro et Hamonis fratris ejus concessione Stephani comitis Moretonii et Richardi Baiocensis episcopi Vitam partem de Taon cum omnibus pertinenciis suis tam in secularibus quam in ecclesiasticis rebus et terram de Vilers cum molendino et molta tocius terre que fuit Richardi de Vilers et cum aliis pertinenciis suis ecclesiam quoque ejusdem ville de Vilers ex dono Richardi Baiocensis episcopi concessione predictorum fratrum. Ex dono predictorum fratrum terram de Melfa cum pertinenciis suis. Ex dono Gaufridi de Clitone et Gaufridi filii ejus molendinum de Brencia cum masura juxta molendinum et aliis pertinenciis suis. Ex dono Roberti filii Ernesii terram de Basemvilla cum pertinenciis suis. Ex dono Roberti de Tostis concessione Ricardi Baiocensis episcopi et capituli terram de Escures cum pertinenciis suis. Ex dono Guillelmi camerarii de Tanquarville landam de Tor. Ex dono Guillelmi de Ruperia terram de Guimont cum pertinenciis suis. Ex dono Rogerii filii ejus terram de Gornai cum pertinenciis suis. Ex dono Guillelmi Patricii in proceio medietariam de Haiis et in Landisac medietariam

de Nuce et molendinum cum pertinentiis suis. Ex dono Richardi Baiocensis episcopi ecclesiam de landisac concessione Guillelmi Patricii cum decimis ejusdem ville et aliis pertinentiis suis. Ex dono Jordani Taisson terram de Veevis. Ex dono Roberti de Calinneio terram de fontibus et terram de Caonaria cum pertinentiis earum. Ex dono Richardi Bacon terram de Plana Silva cum pertinentiis suis. Ex dono Roberti Marmion concessione Galeranni comitis de Mellent et Richardi Baiocensis episcopi terram de Barbereio et molendinum cum pertinentiis earum ecclesiam etiam ejusdem ville ex dono Ricardi Baiocensis episcopi concessione predicti Roberti. Ex dono Radulfi de Rovencestria terram de Sancta marie de Lernost cum pertinentiis suis. Ex dono Alani de Estarcuilla concessione Ricardi Baiocensis episcopi decimam proprie carruce. Nos autem quod dominus papa ex auctoritate sua vobis concessit scilicet presentationem capellanorum et liberam dispositionem vos habere concedimus. Hec omnia et quecumque Deo propicio justis modis acquirere poteritis sub nostra et ecclesie Baiocensis protectione recipimus statuantes ne quis super his vos temerarie perturbare aut inquietare presumat. Quod qui presumere attemptaverit ecclesiastici rigoris vindictam et districti judicis ultionem se noverit incursum. Ut ergo vobis omnia in perpetuum firme et stabiler conserventur presentis pagine inscriptione et sigilli nostri auctoritate confirmamus.